



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrivm S. Zoili Cordvbensis, vt habetur in Lucij Marinei siculi, Regij historiogr. de rebus Hispan. lib. 5. Passus est temp. Dioclet. & Maximia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42716

**Moritur vir
sanctus.**

teretur vt cū graui paupertatis malo cōflictarē-
tur. Illo verò die aduentante, subito acuta febre
corruptus in morbū incidit; quo paulatim con-
fectus, 6. Kal. Iul. anno ætat. suæ amplius 70. Epi-
scopatus verò 15. inter suorū lachrymas & am-
plexus, beatum Deo spiritum tradidit.

**Vita functus
ad sepulchrū
eius reui-
micit.**

Sacrum eius corpus fuit in Bellicensi Eccle-
sia honorificè tumulatum, vbi innumeris corus-
cans miraculis, quāta in cælis gloria eius anima
fruat, clarissimè testatur. Certè inter alia hoc
vnum constat, puerum quendam vita functū ad
sepulchrum eius ad vitam reuocatum esse. Por-
rò quidam adolescens haud infimæ nobilitatis,
cū die quodam venerabile viri sancti sepul-
chrum transfret, cerneretque homines morbi-
dos & malè affectos opem eius implorare, illo-
rum fidem stultitiæ tribuens, ibat cachinnans.
Et ecce subito intolerabili febris ardore corre-
ptus, spem vitæ abijcere cogebatur. Tum verò
pœnitentia ductus, peccatum suum agnoscere,
& sociorum manibus ad sepulchrū perductus,
cum lachrymis & crebro singultu veniam pete-
re, vota nuncupare, nihilq; non facere, vt am-
issam sanitatem recuperaret. Tandem verò preci-
bus viri sancti manifesto miraculo liberatus, di-
dicit quanto vir sanctus honore ac veneratio-
ne dignus esset.

**C. Ber. in no-
mar. Rom.**

27. Iulij.

**Fatria & pa-
rentes eius.**

MARTYRIUM S. ZOILI CORDVBENSIS,
*vt habetur in Lucij Marinei seculi, Regij historiogr. de re-
bus Hispan. lib. 3. Passus est temp. Dioclet. & Maximia.*

Beatissimus martyr Zoilus Cordubæ claris
ortus natalibus, ab infantia Christianæ
pietatis disciplinis imbutus, cū adole-
scens publicè Christum confiteretur, à paganis
arreptus, Iudicis cuiusdā tribunali oblati est
atque

atque ab ipso ad dæmonum culturam, cùm minis tū promissis diu multumq; exhortatus. Qui cùm minas pariter & promissa constanti animo despiceret, clam abductus in præfatę vrbis cœmiterio cum peregrinorum corporibus sepultus est, ne aliquando digna veneratione tanquã martyr à Christianis coleretur. Sed cum Christo donante, pax ecclesię reddita esset temporibus Regis Sisebuti, quidã vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapitus nomine, ex laica in monasticã vitã disciplinam concedens, tandem ad summum sacerdotium electus est. Is cùm mira vitã austeritate Deo seruiret, meruit secundum quietem beati martyris certamen, & nomen, locumque quo sepultus erat, cognoscere. Mane itaq; factò, quia nihil de visionis veritate dubitabat, cõgregatis fratribus, & maxima vulgi multitudine, ad ostensum sibi locum sine mora perrexit: effossaque humo; sacratissimum martyris corpus integrum inuenit, quod præ amoris magnitudine osculis demulcere cœpit, indignum se reputans, vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias. Accidit autem vt crebrius osculando, subito primoribus dentibus priuaretur; quos ab ore excidentes, in sarcophagum vbi viri sancti corpus humatũ fuerat, proiecit. Peracto autem inuentionis obsequio, sequenti nocte S. Zoilus per visum ita eum affatus est; Cur me sæpius osculando verberasti? iam pro eis que à me poposceras intercedens, à Domino Iesu Christo impetrasti, & nunc certus esto, quia dimissa tibi sunt peccata.

Sepultura eius inter peregrinos.

Agapitus episcopus Cordubensis.

Inuenit corpus martyris.